

~~Quelques copies de ce livre ont été  
vendues par les libraires de la ville de  
Genève, sous le nom de~~  
LIBANII

SOPHISTÆ,

SEU

ORATORIS

ANTIOCHENI,

ORATIONES QUATVOR,

CONSTITVTIONVM

Imperatoriarum, quales vtroque CODICE,  
(Theodosiano & Iustiniano)

occurrunt,

*Super Magistratum Officio, Suasoria,*

Sub THEODOSIO M. ante M. CCC. ferme  
annos, conscriptæ,

*Nunc primum edita*

à IACOBO GOTHOFREDO I. C. & Senatore Geneu.

*Quibus, propter argumenti similitudinem, adiuncta & QVINTA,  
iam antea edita.*



GENEVE

Ex Typographia Petri Chouët.

M. DC. XXXI.



*Integerrimo Senatori*

**D. JANO SARACENO,**

Bono Reipublicæ nato,

de se optimè merito

*JAC. GOTHOFREDVS P. F.*



**N**VLVS dubito, V. A. quin vt  
plerisque, ita & tibi quoque  
primâ facie videri possim va-  
cuus admodum rerum, atque  
à negotiis oppidò liber, mei-  
que immemor esse, qui ad  
has Orationum minutias, ac  
propè friuola, descendere, veterique ludo me  
includere sustinuerim: Adeò quidem, vt nuda  
solaque **LIBANI** ANI nominis & **SOPHISTÆ**  
præscriptione hanc operam meam omnem,  
ceu inanis *ἄεργίας*, atque à studiis meis, *rerum-*  
*que actu* alienam, à limine proscribendam per-



LIBANII SOPHISTÆ  
SEV ORATORIS ANTIOCHENI  
ORATIO

Περὶ τῶν πατροκινῶν: id est, De Patrociniis.

ARGUMENTVM.



*M*OS hic inualuerat, ut Agricolæ, non quidem ut ne malo afficerentur, verum ut ipsi mala passim admitterent, ad militum et Ducum militarium patrocinia confugeret, mercede quadam his constituta: Et duplici quidem ratione, quia Et vicorum duo genera erant: alij quippe vici maiores plures dominos habebant, suas singulis partes in eo habentibus: Igitur horum vicorum rustici in commune patrocinia huiusmodi redimebant ad omnem licentiam, quam Libanius pluribus edisserit: ac nominatim aduersus tributorum Exactores (qui ex Decurionum numero erant) quibus Et tributa denegabant, patronis videlicet fisci, vulneraq; etiam saepe infligebant: cum interea Exactores solida tributa cogere inferre, quod ni facerent, bonis suis



ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΛΟΓΟΣ,  
ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΠΡΟΣΤΑΣΙΩΝ.

LIBANII ORATIO,  
DE PATROCINIIS.

**Ε**μή σε ἑώρακην οὐ  
πολλῶν μὲν χροῶν,  
μυρίοις δὲ πρῶ-  
γμασιν, ὡ βασιλεῦ,  
χαίροντά τε τοῖς τῶν ἄρχοντων  
ἀγαθοῖς, καὶ βυθόμην μὴδένα  
ποῦ μὴδενὸς ἀδικεῖσθαι, ἴαχα  
ἀν' ἐμαυτῶν πρῆνεσα πῶ ἡου-  
χίδην ἀγῶν, καὶ ὅτι ἔχ' ἡδέως ἀ-  
κυσσομένη, οὐκ ἀν' ἐλύποιω, ἔσθ'  
λυόχλου. ἐλπίδας δὲ μοι τῶ  
σὺ πρῆροντος ἔσπευ, καὶ χρεῖσθ-  
δαί μοι τοῖς ρηθιστομένοις καὶ  
πέισθι, καὶ δόξαν θύνοίας οἴσεσθαι.  
χαίρων τε καὶ προσθύμους ὅπι πῶ  
συμβυλίω ἢ κω' τῶ σῶ μῆλ-  
λον ἢ ἐμῶ δόξασαν εἶ, τῶ τῶ  
ἰχμῶ τοῖς εἰρημνοῖς δεδωχέτος ὅ  
πρασθῶναι τὸ ἔργον, ἔχ' χρεῖς,  
μάταιος ἀν' ἐμῶ ὁ λόγος. ἄσθ' μὲν  
οὐκ χαλεπῶ νοιῶσθαι, ὅτι δὲ εἰσιν

**N**isi Te vidissem,  
multo quidem  
tempore, infinitis  
verò rebus, ò Im-  
perator, & gaudentem sub-  
ditorum commodis, volen-  
temque neminem ab ullo in-  
iuriâ affici, ilicò mihi silen-  
tium indixissem, cumque  
qui non libenter auditurus  
esset, neque contristaturus  
fuissem, neque turbaturus.  
Cum autem mores tui spem  
mihi faciant, me iis quæ di-  
cturus sum gratum fore; &  
persuasurum & gloriam be-  
nevolentiae reportaturum,  
gaudens & alacriter ad Con-  
sultationem accedo: quæ  
Tua magis quàm mea esse  
videbitur, ut qui vim dictis  
addideris, adiungendo rem  
ipsam, sine quâ sermo ina-  
nis futurus erat. Cæterùm,  
malignantes (hi verò illi sunt  
qui



# ΛΙΒΑΝΙΟΥ ΛΟΓΟΣ,

Πρὸς τὴν Βασιλέα, περὶ τῶν Δεσμωτῶν.

## LIBANII ORATIO,

Ad Imperatorem, de Vincētis.\*

\* seu de  
Custo-  
dia ceo-  
rum.

### ARGUMENTVM.

**M**AGISTRATVVM seu Iudicum negli-  
gentiam & socordiam circa Vincētos  
& carcere inclusos hac Oratione in-  
sequitur Libanius: Ac primū quid-  
dem, quod iniustis de causis nonnullos in carcerem  
coniicerent, in gratiam aliorum, qui interea in om-  
nibus voluptatibus agebant: Deinde (quod preci-  
puum) quod inhumaniter eos haberi paterentur, an-  
gustè scilicet, sic ut ne somnum quidem eis capere li-  
ceret: & famelicè, dum eis iusta alimenta non pre-  
berentur; & auariter, vel lychni vnius occasione;  
crudeliter tandem, sic ut vincētī passim morerentur  
angustiā loci, seu carceris. Cui rei remedium ab Im-  
peratore deposcit: Obiectionibus nonnullis & excu-  
sationibus Magistratuum refutatis: Quarum pri-  
ma,

NOTÆ  
IN SVPERIORES  
QVINQVE LIBANII  
Orationes.

R



NOTÆ  
IN ORATIONEM LIBANII

Περὶ τῶν πατροκινῶν,

*De Patrocinijis.*

**A**PRVD quem Imperatorem hæc Oratio habita fuerit, haud adeò liquidum est. Ait equidem Libanius, præcipuam ei subditorum curam fuisse, eorumque commodis gauisum, noluisseque quemquam ab vlllo iniuriâ affici. Secundo ait Libanius pag. 13. se ab eo codicillis (honoris videlicet alicuius) ornatum, καὶ γερμμοσι δὴ ὡδὲ σὲ κεκοσμημένῳ. Tertio ait p. 24. ab hoc Imperatore Tyrannidem extinctam & Scythicam flammam sopitam : agens quippe de Lege (cuius autorem hunc ipsum Imperatorem, apud quem agit, disertè facit) gratulari se sibi ait, quod haberet Imperatorem & Legislatorem Orationi suæ per Legem adstipulantem, τὸν σθένοντα μὲν τυραννίδα, σὴ πάντα ἢ συνδουλωμένα. Quarto sine Orationis indicat, hunc Imperatorem liberos iam tum habuisse, ἀλλ' ἐπέεινε τε [νόμος] ἀθάνατος, μὴ τὸ σὲ ἀπέργιστος μὲν. Postremò ait, ab hoc Imperatore Legem aduersus Patrocinia vicorum πάλαι latam. Itaque Valenti Imperatori hæc omnia conuenire videantur. Nam vt singula singulis reddam, Primò Valens dicitur prouinciarum æquissimus tutor fuisse, quarum singulas vt propriam domum custodiuerit immunes, vt testatur Ammianus Marcellin. lib. 31. p. 496. Fidem sanè huic rei facit quoque ipsiusmet Valentis constitutio, putà Lex II. C. Th. de iure fisci. vbi hæc inter alia, *Vt perspicuè colonorum utilitatibus consulatur.* Item L. 3. C. Inst. de defensor. ciuitat. *Vtili ratione prospectum est, vt innocens & quæta Rusticitas peculiaris patrocinij, id*